



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.47. Joannis Jejunatoris obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI.
A. C. 596.

§. XLVII.

Joannis Jejunatoris obitus.

Interim Joannem Patriarcham Constantinopolitanum fatis functum fama Sanctitatis ad tumulum usque comitata est, ejusque Memoriam Ecclesia Græca secunda die Sept. honorat. Vitæ austeritas ei nomen Jejunatoris peperit, de eisdem paupertatis amore autem istud afferunt argumentum; Joannes ab Imperatore aliquot talenta mutui nomine acceperat, & tradito chirographo Bona sua omnia Principi in hypothecam dederat. Postquam expiravit, Imperator nihil aliud in defuncti Hæreditate invenit, quam lectulum ligneum, stragulum laneum, & pervetustum palliolum. Itaque tantam Patriarchæ virtutem veneratus Imperator chirographum laceravit, atque pauperrima suppellectile, quam maximo thesauro potiolem habuit, ad Palatium deferri jussa, super illo lectulo in Quadragesima cubavit. His non obstantibus Joannis Patriarchæ pertinacia in usurpando Episcopi Universalis Titulo causa fuit, ut Hypocrisis insimularetur; zelo etiam amaro quandoque detectus fuisse videtur; cum enim aliquando quibusdam veneficii & Sacrilegii reis Mauritus vitæ gratiam facere voluisset, ut Pœnitentiæ peragenda tempus daret, nullam

Men. 2. Sept.

*Theoph. VII.
Hist. c. 6.*

*Theophil. 1.
hist. 11.*

nullam emendationis spem de his homi-
nibus superesse Joannes contendit, nec
ante cessavit Imperatorem urgere, quam
pronunciata sententia pœnas morte de-
dissent. Joannes Sedem Constantinopo-
litanam annis tredecim & mensibus quin-
que, a mense Aprili anno 582. usque ad
menssem Sept. 595. obtinuerat.

Sæculum VI.
A. C. 596.

Sup. XXXIV
n. 47.

§. XLVIII.

*Cyriacus Patriarcha Constantinopoli-
tanus.*

Mauritius Imperator, cum diu de eli-
gendo Patriarcha Constantinopoli-
tano deliberasset, tandem Auctor fuit,
ut ordinaretur Cyriacus, a longo jam
tempore hujus Ecclesiæ Oeconomus,
cui inter tot negotia rerumque vicissitu-
dines æquus semper animus constiterat.
Ordinatus pro more Papæ misit Episto-
lam suam Synodalem, Fidei suæ Profes-
sionem continentem, cui Epistola Impe-
ratoris, & alia Episcoporum, qui Cy-
riacum ordinaverant, junctæ sunt. Geor-
gium Presbyterum & Theodorum Dia-
conum has epistolas ad se afferentes S.
Gregorius non tantum amice, sed etiam
meliore, quam exorta contentio permit-
tere videbatur, vultu excepit; nam
quamvis jam tunc Cyriacus titulum Epi-
scopi Universalis usurparet, noluit Papa

Greg. VI. ep.
6. 7.

VI. ep. 24. 30.
31.

Hist. Eccles. Tom. VIII.

Ff

epi-